Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26050
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Sylo nomen est loci in quo sacrificia domino offerebant priusquam templum
edificaretur in hierusalem. In hoc igitur loco qui appellatur sylo hostie
pro peccatis offerebantur. et ibi fiebat purgatio peccatorum. Sylo
autem interpretatur auulsio vel excaleatio. hoc est calceamenti resolutio.
et utrique sensui euenient aptatur. locus enim in quo peccata pur-
gantur recte auulsio nominatur ubi auellitur cor lapideum. et
inferitur cor carneum vel excaleatio. quia omnis donec ad locum
sancti uenimus calceati sumus. cum autem peuenerimus adeum dis
calceari iubemur. sicut dicitur ad moysen. Solue corrigiam calceamenti
tui. locus enim in quo tu stas terra sancta est. Et quid putamus quod in his
non aliquid mysterium obtectum sit. si quia dominus excecabatur calcea
menta moysi et idolo corporaliter hec iubebatur. dum illud ma
gis putandum est. quod cum exiret de terra egypti habebat calcea
menta de pellibus mortuis. et erat uelut quadam mortalitate con
strictus. cum vero cepit proficere ad iustitiam et ascendere montem
domini atque ibi in mortalibus ministrare misteriis. tunc dicitur ad eum
ut indicia mortalitatis abiceret que in calceamentis pellicis
designat. Ego puto quia propter eam apostolis suis saluator
precepit ne habeant calceamenta in pedibus suis. ut et ipsorum
pedes qui currebant ad annunciandam uiam eternam omni
carerent mortalitatis indicio qui illa uia incederent
que dicit. Ego sum uia ueritas et uita. Nemo enim uitur uia cum
indicio in mortalitatis incedit. Talis est igitur locus iste sylo vel
heliuir non minus laudabilis. Propter eo enim retrorsum cor-
ruens exspirauit. Et non putem quod ille solus retrorsum corru
ens exspirauit sed et nos si quis retro euerterit a fide et ueri
tate. necesse est ut cadat. et ut continuo moriatur. Sed et in deu
tronomio comminatio peccatoribus intentatur cum dicitur. Et phito
thonos insanabiles. Phitothonos autem tergi egritudinem et
posterorum partium signauit. et non sine causa cum tot genera
languoris habeantur humani. hoc potissimum languoris